

Appendix. — Europa Nro. 89.

Regnum Mortuorum.

Dialogi inter Mortuos.

Elysium — Meum. — Die 25. Octobris 1803.

Dat Galenus opes, medicum si fama celebrat,
Quamvis ignarum: non dat, si fama negavit;
Famam sit curat, sed non doctrina salutem?

Manes colloquentes.

Galenus. — Veissenborn.

Veissenborn. — Oportet vitae rationem, mores, consuetudines, praecipue autem praevigentes ex more aevi novissimo vestitus observare, habent enim haec omnia magnum in valetudinem influxum.

Galenus. — Bene animadvertis; quodvis saeculum alias gignit infirmitates.

Veissenborn. — Sed quanto tempore, quantisque expensis opus habet is, qui Medicinae dat operam! Tota studio huic consecratur vita, quam tarde autem sequitur lucrum!

Galenus. — Saepius jam de hoc conquerentes audivi Medicos.

Veissenborn. — Ad haec augetur in dies Medicorum numerus, tanquam enim ad auri fodinam curritur. Unde evenit non raro, ut plures reperiantur in nonnullis locis Medici, quam infirmi.

Galenus. — Providendum sane foret sortis Medicorum.

Veissenborn. — Unicam novi rationem, qua sorti Medicorum provideretur, simulque status eorum dignitati consuleretur, si nempe iisdem honoraria aversionalia darentur pro integro anno. Modus hic Medicos remunerandi non multum constaret, Medicum simul, et infirmum securum redderet, et pro utroque honorificentior foret.

Galenus. — Quomodo hoc intelligis?

Veissenborn. — Fere in quavis domo, unus, alterve per decursum anni infirmatur; possunt igitur plures domus unum sibi eligere Medicum, illique insimul honorarium annum aversionale, pro ratione virium, et facultatum suarum tribuere. Quilibet hac ratione lucratur; aut enim infirmatur,

aut non: si infirmatur, ad minimum sexies minus solvit, ac secus solvisset; si autem non infirmatur decursu totius anni, profecto jam pro eo, quod sanus permanserit, libenter gratificationem hanc aversionalem soluturus est, perdendo enim lucratur, sicut is, qui lusum Tontinae ludit. Ex consideratione etiam parsimoniae modus hic praeeligendus est: potest enim aeger Medicum, cum vel in minimo valetudinem commutatam esse putat, ad se accersiri curare, principisque obstare, quod et Medico gratum erit, qui infirmitatem praeoccupare, longamque curationem devitare potest. Et siquidem lucrum praecipuum sit actionem humanarum motivum, satius est, et securius talem sibi eligere Medicum, qui simul amicus sit, unaque proprium promoveat commodum, quam talem, qui ob procuratam mortem, ex professo solvi debet.

Galenus. — Sed estne modus iste Medicis re vera utilior?

Veissenborn. — Ita quidem mihi persvadeo; si enim Medicus 60, aut 80 domos habeat, quae ei annue honoraria aversionalia tribuant, vix dietim 8, aut 10 infirmos numerabit; hi 8, aut 10 aegroti eum quidem ita remuneraturi non sunt, sicut ii, qui non per aversionem, sed pro singula curatione solvunt; at illae domus, ubi per annum integrum nullus aegrotat, sufficientem ei praestant indemnisationem, omnes nihilominus Domus laetari debent: illae quidem, ubi aegroti decumbebant ideo, quod eos Medicus parum constiterit, illae autem, quae nullos numerabant infirmos, rursus ideo, quia salvae permanserant. Notum est etiam, quod in nonnullis locis usi atum sit, ut quaevis domus annue certam summam solvat pro indemnisatione iis, qui ex eorum gremio per exorta incendia paterentur, quodque per id cuiusvis magnum accedat emolumentum, occur idipsam relate ad Medicos obtinere non posset?

Galenus. — Manifestam rem adstruis.

Veissenborn. — Praedeclaratus modus insuper longe est dignitati Medici convenientior. Calculando enim numerum praestitarum visitationum, ad eandem cum saltus Magistro recidit Medicus categoriam, saepeque illo deterius solvitur. Anne ergo non potius concedet, praedicta ratione cum Medico convenire, eique jus concedere valetudini familiae prospiciendi, domumque amicabiliter invisendi?

Galenus. — Decet omnino Medicinam omnis honor, et dignitas.

Veissenborn. — Id praeterea decernendum esset: ut venientes ex Universitate juvenes Medici, prius per aliquot annos expertis Medicinae Doctoribus adjungerentur, ut cum iis aegros visitando, theoriam ad praxim applicare discerent. Porro instituere deberent veteres Practici, quotiescun-

que u
influxu
vatu

pauci
tiarum
magna
gradu
non o

esses,
sulun
rebus
videa

bello
defici
naval
Inseq
tum
6. Sep

gant,
sis d
tutu
illi,
expo

catu

et Pr
1750
stetri
calig
one
etian
no 1

Asia
Perg
cina
tyru
Alex
annu
ficio
rursu

que nova vestitus genera adparerent, observationes; quem influxum in corpus humanum habere possint, et quam in vatitudinem mutationem inducant?

Galenus. — A. miror has tuas reflexiones. Mea aetate pauci erant Medici, magnumque patiebamur defectum Scientiarum; ipsa Physica mera erat hypothesis. Hodierno aevo magnam habetis experientiam, in majorique perfectionis gradu Physicam, et Chemiam. Fateri nihilominus debeo, non obstantibus his, magnos aevo nostro clausse viros.

Veissenborn. — Nemo haec inficiabitur. Tu si unicus esses, sufficienter id comprobares. Magni te hodieum consulunt Medicinae Doctores. — Sed satis sit pro hodie rebus medicis dictum, percurramus tantisper Ephemeres, videamusque, quid in mundo agatur.

Galenus. — Ero tibi comes.

Veissenborn. — Asseri potest, Anglos praesenti bello omnes persequi Potentiarum naves bellicas, ut scilicet deficientibus ubique navigiis bellicis, tanto securius bellum navale gerere, lateque per omnia maria dominari possint. Insequuntur nunc classem Russicam, quae se ad Baitportum retraxit, quo autem cum successu, ex relatione e 6. Septembris (jam Europae Nro. 88. inserta) colligere licet.

Quanto cum rigore Angli officia a Generalibus suis exigant, e sequentibus patet. Die 4. Octobris urbs Londinensis deliberavit, ut repraee entetur Regi, quò investigatio intuitu initae in Lusitania Conventionis, instituat, ut nempe illi, quorum inperitia, et errore Res Patriae tam turpiter exposita est, detegantur, et puniantur.

Legatus Anglicus Holmiae residens, *Thornton*, revocatus esse dicitur.

Biographia.

Joannes Fridericus Veissenborn Consiliarius, et Professor Medicinae Erfordiae, ibidem die 19. Februarii 1750 natus sequentia opera scripsit: 1) Principia artis Obstetriciae; 2) Reflexiones super moderna consuetudine altas caligas portandi, unde *Hernia* enasci solet, cum descriptione elastici ligamenti hernialis, hernias apud provectoris etiam aetatis homines radicaliter curantis. Mortuus est anno 1799 die 23. Octobris.

Galenus (Claud) Medicus celeberrimus, Pergami in Asia circa annum 131. natus, filius erat celeberrimi Architecti Pergamensis, Niconis nomine. Absoluta Philosophia, Medicinae operam dedit, celeberrimosque aevi sui Medicos Sartyrum, et Pelopem Magistros habuit; profectus est deum Alexandriam, ut cum eruditissimis ibi conversaretur. Inde circa annum 169. Romam venit, diversaque opera edidit. Proficiscendo deum in Asiam, Roma discessit, sed paulo post rursus a Caesare Marco Aurelio revocatus est. Post mortem

Caesaris in Patriam rediit, ubi communi opinione circa annum 200 obiit. Scripsit is 200 libros, qui cum Templo Pacis flammis absumpti sunt. Ea adhuc, quae supersunt opera, (scripsit autem graeco idiomate) anno 1538 Basilicae in 5. Tomis, et anno 1625 Venetiis in Tomis 7. accuratissime edita sunt. Praecipue aestimatur Tractatus illius „de usu partium corporis humani.” Erat Galenus debilis nimis complexionis, et corpore gracilis, uti ipse in libris suis fatetur, arte tamen medica, observataque diæta nestoreos fere attigit annos. Principium ejus erat: nunquam plene satiari, sed cum appetitu adhuc a mensa surgere. Merito post Hippocratem celeberrimus apud Veteres habetur Medicinæ Doctor; tam stupendas enim fecit curationes, ut magiae accusatus, coactusque fuerit Roma excedere.

Diarium Politicum.

Non facile reperire est in Annalibus Regni cujuscunque tam rigorosam, omne commodum proprium excludentem neutralitatem, ac ea sit, quam Status Americani observant. Proprias nempe naves sub sequestrum posuerunt, nulli quae navibus exteris eo adpellere licet, quod nulli majus, quam his Statibus Americanis detrimentum adfert, quorum commercium maritimum prae caeteris florere caepit.

Videntur interea Angli Americanis favere velle, Deputatio enim mercantilis, et coloniarum duo publicavit Decreta, vigore quorum portus Hispanici, et Lusitani navibus Americanis patent. Decreto primo declaratur; quod vigore mandati deputationalis de 4. Julii, licitum sit navibus americanis liberos Hispaniae, et Lusitaniae portus petere, productaque et fabricata Hispanica, et Lusitanica in Americam revehere, si naves hae e portibus statum Americae foederatorum venient, productaque nationalia, non autem talia, quae e coloniis hostilibus delata essent, adveherent. Decreto altero continetur: posse quamlibet navim Americanam, quae ante bellum inter Patrias, et Gallos exortum portum Hispanicum attigit, producta Hispanica in Patriam abvehere, dummodo directe provincias Statum Americae foederatorum petat.

Legentibus haec suapta incidet, Anglos ante unum circiter annum, notorium illum *Mirandam* eo fine ad Hispanicas colonias misisse, ut ibidem factiones, et seditionem excitaret, qui cum militia sibi data reapse ad littora Mexici excedit, sed male exceptus est. Promiserat incolis in sua Proclamatione liberam Rempublicam, aliaque felicitatis hujusmodi phantasmata. Haec expedire quidem non successit, sed ab hac ad futura conjicere licet, quod nempe Angli, si tandem Insurgentes succubuerint, rursus ludificationem hanc per *Mirandam* jam praeliminatam, resumturi, Americamque Hispanorum provisorie in Rempublicam transfermaturi sint.

irca
plo
ppe-
caae
tis-
de
mis
fa-
reos
sa-
post
inae
giae

ian
tem
ant
que
nam
em-

pu-
cre-
bus
gore
s a-
ere,
eri-
cae
em
ent.
eri-
cor-
Pa-
me-

cir-
Hi-
em
xici
sua
hu-
ssit,
i, si
anc
que
sint.